Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

d: cons: 23. n. 73. fol. 1. quanto magis in pre-
senti casu nostro dicendum est feudalia quæ-
dam Jura, Baronatus Mindelheimensis
allodialis possessorem legitimum, ob similem
antiquissimam Unionem coniunctionemq; sequi
debere. Longe enim facilius efficici posse
Baronatui accedere feudalia quædam Jura
quam Marchionatum feudalem accedere bo-
nis sub eo sitis allodialibus, & per se ma-
nifeste patet.

Quominus aut in dubitationem vocari debeat
hæc nostra copulatio atq; unio, ipsa obser-
uantia & consuetudo longissimi temporis
aliquot seculorum efficit. Quibus seculis
Jucliti Imperatores & reges Romani Ipso-
fe directi Domini scientes & prudentes
consenserunt, ut feuda ista tantummodo a
possessoribus Baronatus allodialis teneri
& recognosci, sicq; alienato Baronatu
simul quoq; in extraneas familias transire,
nec non finita Ducum Teccensium Masculi-
na linea, Una cum allodiali Baronatu
Mindelheimensi, eadem feuda per legiti-
mam successionem ad foeminineam lineam,
adeoq; aliam novam cognationem transferri,
his ita fere constitutis minime cuiquam
mirum videri debet, si nunc quoq; cum eo-
dem Baronatu ad iustum eius successo-

rem